2
1

THESES

QUAS

EX UNIVERSA S. THEOLOGIA

AD LAUREAM IN EADEM PROMERENDAM

IN CELEBERRIMA I. R. STUDIORUM UNIVERSITATE

PATAVINA

JOSEPH TRENTIN

DIOECESEOS TARVISINÆ SACERDOS

IN EJUSDEM SEMINARIO S. S. CANONUM PROFESSOR ET URBANÆ ECCLESIÆ S. VITI

VICARIUS PERPETUUS

DEFENDENDAS ASSUMET

Die 12 Mensis Decembris 1850



PATAVII

TYP. ANTONII BIANCHI

al Santo.

Digitized by Google



EX ARCHAEOLOGIA BIBLICA

I.

Cognitio antiquitatum hebraicarum non minus jucunda, quam necessaria est interpreti Sacrarum Scripturarum.

II.

Jus talionis antiquitus fuit medium efficacissimum ut homines abstinerent a laesionibus.

III.

Hebraeorum forma regiminis theocratica tempore regum non desiit.

IV.

In exilio Babylonico Judaei apud Prophetas vel apud homines pios conveniebant.

V.

Cubitus sumptus ut mensura longitudinis quadrifariam dividitur: nempe in communem, in sacrum, in regium, atque in geometricum.

VI.

Ὁδὸς Σαββάτου est mensura bis mille passuum minorum.

Digitized by Google

EX INTRODUCTIONE IN LIBROS VETERIS FOEDERIS

I.

Origo linguarum, quae semiticae vocantur, in agro Babylonensi est quaerenda.

II.

Omnino futile est asserere codices veteris Testamenti in Templi et Urbis excidio consumptos igne fuisse, atque ab Esdra aut ab Helcia Pontifice exaratos sicuti nunc extant.

III.

Auctoritas Textus Hebraici magna est, non ea tamen, quae illum ab omni critico vitio eximat.

IV.

Versio 70 Seniorum est omnium quae extant antiquissima.

V.

Moses est auctor Pentateuchi.

VI.

Non ideo quia paraphrastes Chaldaeus dicit Nahum prophetam מִבֵּית חוֹשִׁי, defendi potest Choschi esse parentem Nahumi.

Digitized by Google

EX HERMENEUTICA BIBLICA

I.

Licet Catholico interpreti sacros Libros ex idiomate originali interpretari, quin Decretum Concilii Tridentini Sessione IV. violetur.

II.

Scripturae Sanctae non omnibus sunt obviae et apertae, sed expositione egent, tum ob linguarum diversitatem, tum maxime ob reconditos sensus.

III.

Scriptura cum Traditione perpetua conjungi oportet, neutra ab altera sejungi.

IV.

Pro vera et genuina illa habeatur lectio, quae cum antecedentibus et consequentibus et cum locis parallelis consentit, et analogiae fidei consona est, et cum aliis bonae fidei codicibus concordat, atque ex antiquis Patrum scriptis corroboratur.

Digitized by Google

V.

Valde est utile ad intelligentiam Scripturae Sacrae nosse loquendi modos Hebraeis et Hellenistis usitatos.

VI.

Litteralis Scripturae sensus in varias classes dividendus.

Digitized by Google

EX INTRODUCTIONE IN LIBROS NOVI FOEDERIS

I.

Omnes Novi Foederis Libri integri sunt.

II.

S. Scriptores N. F. plerumque verba Scripturae allegant juxta versionem 70.

III.

Jure optimo Libri hagiographi de vita et de actionibus divini Salvatoris donati fuerunt Evangeliorum nomine.

IV.

Serior nonnullorum Librorum in Canonem receptio, nihil eorum auctoritati detrahit.

V.

Matthaeus in suo Evangelio praecipuum habuit finem adstruendi Jesum Christum esse verum Messiam a Prophetis praedictum.

VI.

Illa Matthaei cap. 18. ver. 7. ἀνάγκη γαρ ἐστίν" ελθεῖν τὰ σκάνδαλα non absolute, sed relative ut vera sunt accipienda.

EX HISTORIA ECCLESIASTICA

I.

Studium Historiae Ecclesiasticae etiam juvat, ut certi efficiamur de divina Religionis et Ecclesiae nostrae origine.

II.

Lapsus Marcellini et Synodus Sinuessana sunt commentitia, et multum abhorrent a veritate historica.

III.

Quin Semiarianismo studerent, nonnulli inter Catholicos Episcopos fuerunt, qui respuentes vocem ὁμοούσιον, asseruerunt Filium Dei ὁμοιούσιον Patri.

IV.

Origo Patriarchatus Aquilejensis repetenda est ex abrupta communione cum Sede Romana in causa trium Capitulorum.

V.

Historia Concilii Tridentini scripta a Petro Soave Polano ubique scatet erroribus.

VI.

Carolus Botta nitida quidem phrasi, sed animo haud aequo enarrat gesta Romanorum Pontificum.

Digitized by Google

EX JURE CANONICO

I.

Jus Naturale est via ad Jus Ecclesiasticum, ut ratio ad fidem, ut religio naturalis ad revelatam.

II.

Illud Puffendorfii de Ecclesia in Statu sophisma nihil concludit contra Ecclesiae potestatem legislatoriam, judiciariam atque executivam.

III.

Episcoporum divinum jus est curare ut religiosa et moralis evadat educatio.

IV.

Falsum est ex Isidoriana fraude aliena jura accrevisse Romano Pontifici.

V.

Beneficiati obligantur ex justitia erogare in pias causas reditus beneficiales, qui in congruam sustentationem non impenduntur.

VI.

Penes Ecclesiam est jure proprio et intrinseco statuere impedimenta matrimonium dirimentia.

Digitized by Google

EX THEOLOGIA DOGMATICA

I.

Theologia dogmatica est scientia, et quidem omnium nobilissima atque certissima.

II.

Conclusio theologica expositiva est de fide, non vero illativa.

III.

Essentia Dei metaphysica est Asseitas.

IV.

Sacrarum Scripturarum oraculis luculentissime probatur, Protoparentum peccatum transfundi in omnes, qui carnali generatione ab Adamo descendunt.

V.

Justitia originalis non est confundenda cum gratia sanctificante.

VI.

Justus cum auxilio gratiae actualis non potest toto vitae cursu vitare omnia et singula peccata venialia.

Digitized by Google

EX THEOLOGIA MORALI

I.

Ethica Christiana philosophicam facile antecellit.

II.

Non datur generatim ignorantia invincibilis circa prima principia et circa conclusiones quae proxime deducuntur ex primis principiis.

III.

Haud extant leges mere poenales, quae solum obligent sub poena, non vero sub culpa.

IV.

Caute procedendum est in quaestione de usura.

V.

Praeceptum de correctione fraterna se se extendit ad omnes, ast non obligat nisi in datis circumstantiis.

VI.

Ministri Sacramenti Matrimonii sunt ipsi contrahentes.

Digitized by Google

EX THEOLOGIA PASTORALI.

I.

Omnes sacrae disciplinae eo tendunt ut bonum animarum Curatorem instituant.

II.

Ille dicitur Pastor, qui suas oves agnoscit, easque verbi divini praedicatione, Sacramentorum administratione ac bonorum omnium exemplo pascit.

III.

Cognitio specialis humanarum adfectionum Parocho est imprimis necessaria.

IV.

Capellani non sunt mancipia, neque operae conductae, sed fratres coadjutores amantissime educandi ad curam animarum.

V.

Pastor in tradenda doctrina utatur ea dialecto, quae ad captum multitudinis sit accommodata.

VI.

Prosperitas etiam temporalis familiarum cordi debet esse Parocho.

Digitized by Google